



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

44. De Mansuetudine & Clementia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

favorum habebit amicum Regem. Insuper etiam singularem Angelorum favorē sibi conciliet, qui eos maximē diligūt, quos sibi simillimos cernunt. 2. *Quod castorum mentes idoneas reddat ad extraordinariā diuinæ largitatis charismata percipienda, ut patet in D. Ioanne Euangelista*, cui tam sublimia constat reuelata mysteria, multisq; alijs angelica puritate conspicuis mirè à Deo illuminatis, atque ad sublimem Sanctitatis gradum euectis. 3. *Quod peculiarem in cœlo mereatur aureolam, nullis alijs præterquam Virginibus secuturis Agnum quocumq; ierit, & cantaturis canticum nouum imperatiendam.* Zelus in studio angelicæ puritatis proficiendi; omnesq; eius lædendæ occasions euitandi.

De Mansuetudine & Clementia.

XLIV.

I. *E*xpende quomodo perfectè exercenda sit Mansuetudo, (qua est virtus, que iram aduersus iniuriam inferentes comprimit:) quoad actus quidem internos, volendo, desiderando, & proponendo hos externos illius actus exercere. .. Nec verbo austriore, nec vultu seueriore, nec alio signo iram exsurgentem exterius prodere, sed vel

Iii z pacato

pacato animo silenter iniurias ferre,
 vel placido vultu, & blando sermone
 discrete calumniatoribus respondere.
Interior iram pijs considerationibus
 cohibere, pacatum animum conserua-
 re, iniurias illatas non grauiter appre-
 hendere, sed excusare. **3.** Ex animo of-
 fensas remittere easque interna bene-
 uolentia, externaque beneficentia
 compensare. **Q**uoad externos porro
 actus haec tria praedicta verbo, vultu,
 facto ipso praestare. Idque ex pura in-
 tentione non solum honestatis huius-
 ce virtutis, sed etiam honoris & bene-
 placiti diuinæ Maiestatis; **M**agno in-
 ternæ beneuolentiæ affectu, & serio
 omnium virium conatu; **C**onstanter &
 indefatigabiliter quavis oblata occasio-
 ne. Quam excellenter hos perfectæ
 mansuetudinvis actus internos, exter-
 nosque exercuit B. Virgo erga calum-
 niatores, persecutores, occisores filij.
 Quantò excellentius Christus ipse,
 tu in tota vita, tu in præcipue in passio-
 ne sua! Zelus hos mansuetudinis actus
 frequentandi.

H. **Q**uomodo Clementia Mansuetu-
 dini atque, que vindictam pœnasque in-
 fligendas moderatur, sit exerceda; quoad
 actus quidem internos: **1.** Volendo &
 propo-

proponendo debitas delinquentibus
penas moderatè remittere. 2. Defectus
aliquos non nimis graues subinde dis-
simulare. 3. In proteruos, & bonum
commune ledentes, cum aliter neque-
ant coerceri, seueritate vti. Quoad ve-
rò externos hæc eadem re ipsa discretè
præstare, recta cum intentione diuini
obsequij, & verbi boni tum delinquē-
tium, tum aliorum, quorum indenita-
ti & utilitati consulitur: cum debita
interna mentis tranquillitate & bene-
uolentia exteriori; vultus serenitate
& decentia. Quam eximiè hos elicie-
rint Sancti Clementia laude clari,
Moyses, Dauid, Petrus, Paulus, alij, &
supra omnes Christus Dominus de-
fectus suorum discipulorum toties
dissimulans, peccatores tam benignè
in gratiam recipiens, adulteram com-
punctam à periculo lapidationis eru-
ens, blasphemantibus & crucifigenti-
bus se parcens. Zelus Clementiam
Saluatoris & Sanctorum æmulandi.

III. Incitamenta, quorum 1. sit exem-
plum *Infinita Mansuetudinis & Clemen-
tia Dei*, qui innumeris hominum pec-
catis in momenta penè singula prouo-
catus, non se continuò irritari, nec à
solitis beneficijs exhibendis dimoueri

Iii 3 finit;

sinit; nec statim promeritas preuaricat oribus poenas semper infligit, sed in longum plerumque tempus, dans locum poenitentiae differt.

1. Pet. 2.

2. Exemplum Christi Domini, (qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pareretur, non comminabatur,) quam meritò proinde audiendus, dum nos ad se inuitandum inuitat, *Discite à me, quia misericordia sum et humilis corde.*

Matt. 11. 3 Exemplum sanctorum Angelorum tutelarium, tanta mansuetudine & clementia clientum suorum tantam ingratitudinem, contumaciam, proteruiamque tanto tempore tolerantium. Feruor proficiendi in mansuetudine & clementia.

XLV. De Natura, Conditionibus, & Gradibus Humilitatis.

*Lib. de
grad.
humil.*

2. 2. q.

I. *E*xpende in quo consistat perfecta Humilitas; (quæ iuxta D. Bernardum: *Est virtus, qua quis ex verissima sui cognitione sibi vilescit.* vel iuxta D. Thomam: *Virtus refrenans impetum animi, ne tendant in magna:* vel, *ne existimet se esse supra id quod est:*) Nimurum, in eo, ut quis i. *Quoad intellectum sublimitatem Dei tanquam fontis infiniti omnium bonorum viua fide appre-*